

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Medicina c
cum fonte primo

Omnis medicina habet ad tempus
amaritudinem, sed postea fructus doloris
sanitate monstratur.

Ieronymus super Ieremiam libro II.

*Percutit autem Dominus quem diligit,
et castigat omnem filium quem recipit,
cuius intellegentiae illud est:
Ego percutiam et ego sanabo,
omnis enim medicina habet ad tempus
amaritudinem, sed postea fructus doloris
sanitate monstratur;
tale quid per Amos loquitur Deus:
*Quoniam uos cognoui de uniuersis
tribubus terrae, idcirco ulciscar super
omnia peccata uestra; nouit enim
Dominus eos qui eius sunt.**

Hieronimus Stridonensis,
*Commentariorum in Hiezechielem libri
XIV., 2, 7 (CCSL 75, F. Glorie ed., p.72,
ll.614-620).*